

78-36

Et dilexerunt eum in ore suo: & lingua
sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo:
nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors & propitius: fi
et peccatis eorum: & non disperdet eos.

Et abundavit ut auerteret iram suam:
& non accendet omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus
uadens & non rediens.

Quotiens exacerbauerunt eum in deser
to: in iram concitauerunt eum in m

Et conuersi sunt **I**n aquoso.

Et temptauerunt deum: & sanctum israel
exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius: die qua
redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in egypto signa sua: & prodi
gia sua in campo taphneos.

Et conuertit in sanguinem flumina eo
rum: & imbres eorum ne biberent.

Misit in eos cynomiam & comedit eos: &
ranam: & disperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum: & labores